Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cm

quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum sile leonis. et secundum animal sile vitulo. Et tertium animal habens faciem quasi homis. Et quartum animal sile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas. et marginem et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno. Et adorabant viventem in secula seculorum. Amen. S. sotjem.

Nullo t. Erat homo ex phariseis nycodemus nomine princeps iudeorum. Hic venit ad iesum nocte. et dixit ei. Rabbi. scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere quae tu facis. nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihs et dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit denuo. non potest videre regnum dei. Dicit ad eum nycodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest in ventrem matris suae iterum introire et renasci. Respondit ihs. Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. et quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis. sed nescis unde veniat aut quo vadat. Sic est omis qui natus est ex spiritu. Respondit nycodemus et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihs et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras. Amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur. et quod vidimus testamur. et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non credidistis. quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. filius homis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium homis. ut omis qui credit in ipsum non pereat. sed habeat vitam eternam.

De sancta Trinitate. Officium.

Benedicta sit sancta trinitas atque indivisa unitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu laudemus et superexaltemus eum in secula.

Omnipotens sempiterne deus. Oratio.

qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eternae trinitatis gloriam agnoscere. et in potentia maiestatis adora